

men est super nomen omnium Prophetarum, notat enim suum
nomen Prophetam. Imo est et super omnia Angelorum nomina,
notat enim magni Angelum Consilij: Angelum Testamenti. Un-
de et unum hoc venerabile, admirabile, delectabile, inexpugna-
bile, et adorabile est nomen, in cuius deliciis sanctissimum sic
concionis mysterium rimabor jamque mirabor. Ut autem
mola salsa olim litabant, qui Hecatomba non poterant, nec
tamen ming grati habebant et accepti, ita ego propterea dum
veterum confirmatus exemplo, ad templum inclite vestis,
viri Omnis Ord. Honoratissimi, famam positam veracundiam acce-
do, nullus debito, quin sermo meus tenuis, in re tamen gra-
vi occupatus, ariby vestris gratia et accepta fit futurus.
Quod ergo unum superest, hoc oro, rogo, obsecro, obtestor,
ut oculorum mentis aciem ad contemplandam augustissimum
nomen IESU, quod et ipsum a coruptelis, Calviniorum pro-
prium, in fine sermonis vindicabo, dirigere tantum detecte-
ris.

Aggregior rem ipsam, sine illis tamen verborum ambagiis,
dumque in augustissimi nominis IESU deliciis sanctissimum hunc
concionis mysterium rimari incipio, illius primo loco minor
Proprietatem. Quid? nonne proprium hoc Christi nomen est,
imo propriissimum, eisq; soli, et quidem vere, competit?
Sicut quippe omnes ac singulos, quotquot cum vera fide am-
plexuntur, ab omni salvat malo. Ita scil. est, quod nomen
IESUS secundum originem suum Salvatorem significet. Sic
namque Angelus ad Iosephum: vocabis nomen eis IESUM:
ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.
Prout itaque nomina, que in Scripturis divinitate imposita
leguntur, res gerendas vel gestas alias proprietates deno-
tant, v.g. Adam dicitur esse rubrum in Oriente terram, et quoniam
formatus, et quam colere debeat: et Iacob nuncupatur
Supplantator, quia Esauum fratrem in primogenitura sup-